

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

devotionem ipsius Ottonis de Machlant erga nos et beatum Stevphanum intuentes omnia, que de manu nostra in beneficio habuit in decimacionibus, mansis, areis, agris et vinetis, excepto castro in Greifenstein cum suis pertinentiis, communi katedralium et ministerialium nostrorum consilio prenominato cenobio per manus Hainrici ducis et marchionis Austrie perpetuo possidenda contulimus et ecclesias quasdam parrochiales ad nos pleno iure spectantes, videlicet Munichspach^{dd} et Mitterchirchen^{ee}, Sæksin^{ff}, Niwnstat^{gg}, Grine^{hh} et in omnibus earum et supradictarum ecclesiarum terminis tam cultis quam colendis terciam partem decimarum, in parrochia vero Sæbenich, in qua ipsum cenobium situm est, decimam totam et indivisam tam incultis quam colendis, in parrochia vero sancti Georii duas partes decime, quas in ipsa parrochia iure hereditario possedit et a nobis in beneficio immediate habuit, nobis, ut sue novelle plantacioni conferremus, libere resignavit, in quo eius petitionibus annuentes eidem monasterio ipsam decimam tam incultis quam colendis pro stipendio fratrum contulimus salvis tamen iuribus parrochialibus in decimacionibus terciæ partis; preterea dimidiam partem decimarum in tribus parrochiis Stævczⁱⁱ *, Valwa^{jj} *, Gabaths^{kk}, in feudis, mansis, curtibus, areis, agris, vinetis, in omnibus decimacionibus tam minutis quam maioribus, mobilibus et immobilibus et in cunctis, que iure solito decimari solent; quas decimas dux Austrie de manu nostra et ipse Otto de manu ducis in beneficio habuit et ipse duci et dux nobis ea condicione resignavit, ut eas prefato Ottoni in subsidium sue novelle plantacionis conferremus, quod et ad petitionem ipsorum fecimus; et sic tandem ad petitionem ipsius Ottonis canonicos regulares ibidem Deo perpetuo servituros collocavimus, quibus et supradictam parrochiam in Sæbnich, in qua ipsum monasterium fundatum est, pleno iure contulimus sic, ut prelati ipsius monasterii unum de confratribus suis ipsi ecclesie preficiat, qui et plebem in divinis cum omni diligentia procuret et tamen singulis diebus et ad refectorium et ad dormitorium suum redire non negligat, quem et, si negligentem invenerit, amoveat et alterum sibi mag[is] ydoneum substituat. Indulsimus eciam ipsis, ut, si quando terram sub interdicto divinatorum poni contigerit, ipsi nichilominus celebrent clausis tamen ianuis et personis excommunicatis exclusis. Liberam quoque sepulturam ipsis concedentes indulgemus, et, si quando prelatum ipsius loci viam universe carnis ingredi contigerit, ipsi liberam habeant potestatem eligendi alterum, quem magis ydoneum et utilem invenerint. Verum quia plerique ratione advocacie ecclesias Dei diversis exactionum vexate solent angariis, nos una cum ipso * Ottone et ipse nobiscum tantum malum precavere volentes dominum Walchvnum fratrem ipsius domini Ottonis et heredes ipsius post ipsum advocatos supramemorato monasterio constituimus sub pena excommunicacionis firmiter inhibentes, ut nec ipse dominus Walchv-nus nec aliquis heredum suorum nec quisquam alter postmodum ipsis quacumque forte succedencium advocatorum aliquid servicium a fratribus dicti monasterii vel ab hominibus ipsorum ratione advocacie aliquatenus exigere